Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

corde scrutabor mandata tua. Coagu-
latu est sicut lac cor eorum: ego vero legem tuam
meditatus sum. Bonum mihi quia humi-
liasti me: vt discam iustificationes tuas. Bo-
num mihi lex oris tui: super milia auri et
argenti. Manus tue domine fecerunt me
et plasmauerunt me: da mihi intellectum
vt discam mandata tua. Qui timent
videbunt me et letabunt: quia in verba
tua supersperaui. Cognoui domine quia
equitas iudicia tua: et in veritate tua
humiliasti me. Fiat misericordia tua vt consolet
me: secundum eloquium tuum seruo tuo. Veni-
ant mihi miserationes tue et viuam: quia lex
tua meditatio mea est. Confundantur
superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt
in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.
Conuertantur mihi timentes te: et qui
nouerunt testimonia tua. Fiat cor
meum immaculatum in iustificationibus tuis:
vt non confundar. Glia p. Dnicis diebus.
Alleluia allá allá allá allá allá allá. Capitulum
de dominica que tunc est dicantur. R. Inclina
cor meum deus. In testimonia tua. V. Auerte